talia, que multa in urbe sunt, ad excitandam animo religionem plurimum valent, ut taceam maiestatem summi pontificis et datam sibi ligandi atque solvendi animas potestatem, splendorem cardinalium et venerandum eorum cetum, ceterorumque prelatorum et cultum et auctoritatem, ac, preter omnia, ceremonias optimis rationibus institutas. non est igitur ut sim deteriori animo, verum ingenio sum tardiore quam soleo, cuius causam non satis ratione conicio [a]: quod contra fieri deberet, ut ubi tot divina ingenia floruerunt, hic, si qua est in me vis ac scintilla, eo amplius excandescere debuisset, nisi fortasse omnia situ et vetustate torpeant, et que noxia sunt corpori, eadem quoque animi vires inficiant. quicquid autem de causis sit, ego certe ob eam rem hactenus non prestiti quod pollicitus tibi sum, quodque scio magno a te desiderio expectari, id est, ut situm urbis Rome veteraque eius aut in deorum suorum honorem aut illustrium virorum memoriam monumenta describerem. ac michi quidem non defuit cura investigandi, modo felicitas inveniendi et describendi facilitas [b] adfuisset. ego enim a quibus cognoscere ista possum non invenio [c]. exiguus est eorum numerus qui talibus studeant, et res ipse obsoleverunt [d] vetustate; vulgus vero, de his [e] fabulas sibi fingens, ita corrumpit rerum vocabula, ut vix quicquam [f] intelligi possit, unde vere dixerim [g] « nusquam minus Romam cognosci quam Rome » [1]. si quid tamen videndi studio aut lectione aut aliorum sermone consequi potui, id nunc perscribam. ante omnia, que et quanta fuerit Roma, indicio sunt ruine exemplaque rerum usque in miraculum provecta, altissimi muri superque his altissimi fornices, palatia instar urbium [h] et intra montium viscera longo tractu deducte testudines, tantum marmor ut vix tantum reliqui in visceribus terre

Oltre a tutto questo, la maestà del pontefice, lo splendore de' cardinali e della curia e, soprattutto, le solenni cerimonie, giovano a sollevar l' animo, ma l' ingegno rimane alquanto depresso;

donde il ritardo a compir la promessa di descrivergli Roma ed i suoi monumenti.

S' aggiunga poi la mancanza d'informatori,

e la tendenza del volgo a snaturar ogni cosa con la favola.

Tuttavia, s' ingegnerà ora alla meglio.

L'antica grandezza di Roma si misura dalle rovine: mura, archi, palazzi, gallerie sotterranee,

(a) *G* ratione concipere (b) *R* facultas facilitas *(sic)*. (c) *Così R G, ma E Ra om.* non invenio (d) *R G Ra* obsoluerunt (e) *G om.* de his (f) *G* vix quicumque (g) *G* duxerim (h) *G E* instar urbana

La credenza che Agrippa avesse dedicata la sua Rotonda a Cibele era comune a tutto il medio evo, e trovasi nei *Mirabilia urbis Romae* (cf. A. Graf, *Roma nella memoria e nelle imaginazioni del Medio Evo*, Torino, 1923, p. 101).

(1) Il V. cita testualmente l'epistola del Petrarca (p. 314): « Qui enim « hodie magis ignari rerum Romano- « rum quam Romani cives? Nusquam « minus Roma cognoscitur quam Ro- « mae ».